

## **Definitiones generum morborum ... / [Gottfried Christoph Stender].**

### **Contributors**

Stender, Gottfried Christoph, 1732-  
Vogel, Rudolph Augustin, 1724-1774.  
Universität Göttingen.

### **Publication/Creation**

Gottingae : Litteris Joannis Henrici Schulzii, [1764]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/krujxs3d>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Stender

Definitions generum  
morborum

1764



33050

DEFINITIONES  
G E N E R V M  
M O R B O R V M

---

P R A E S I D E  
RVDOLPHO AVGVST. VOGEL

PHILOS. ET MEDIC. D. HVIVSQ. PROFESS. PVBLIC. ORDIN.  
ACAD. IMPER. NAT. CVR. REG. SVEC. ET ELECT. MOGVNT.  
SC. SOD. PRINCIPATVS GOTTINGENSIS PHYSICO  
H. T. ACADEMIAE PRORECTOR

PRO  
OBTINENDIS SVMMIS IN MEDICINA  
HONORIBVS  
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA  
PVBLICO EXAMINI SVBIECTAE


A  
GODOFREDO CHRISTOPHORO STENDER  
HALBERSTADIO - DERENBURGENS.

---

D. V. M. MART. MDCCCLXIV.

---

G O T T I N G A E  
LITTERIS IOANNIS HENRICI SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.



**CELSISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO  
COMITI AC DOMINO  
DOMINO**

# **CHRISTIANO ERNESTO**

S. R. I. COMITI, COMITI REGENTI STOLLBERGAE,  
KOENIGSTEINII, RVPISFORTIS, WERNIGERODAE  
ET HOHENSTEINII  
DOMINO EPSTEINII, MVNZENBERGAE, BREVBURGAE,  
AIGMONTII, LOHRAE ET CLETTENBERGAE  
ORDINIS EQVESTRIS AB AQVILA NIGRA NVNCVPATI  
SPLENDIDISSIMI  
EQVITI AVRATO  
RELIQ. RELIQ.  
**PATRIAEPATRI OPTIMO  
DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO  
BENIGNISSIMO**

**ET**  
**REVERENDISSIMO, CELSISSIMO ILLV-  
STRISSIMO QVE COMITI AC DOMINO  
DOMINO**

# **HENRICO ERNESTO**

S. R. I. COMITI, COMITI STOLLBERGAE, KOENIG-  
STEINII, RVPISFORTIS, WERNIGERODAE  
ET HOHENSTEINII  
DOMINO EPSTEINII, MVNZENBERGAE, BREVBURGAE,  
AIGMONTII, LOHRAE ET CLETTENBERGAE  
ORDINIS EQVESTRIS DANE BROGICI SPLENDIDISSIMI  
EQVITI AVRATO  
ECCLESIAE CATHEDRALIS HALBERSTADIENSIS  
A S. STEPHANO NVNCVPATAE  
CANONICO CAPITVLARI  
RELIQ. RELIQ.  
**DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO  
BENIGNISSIMO**

HAS QVALESCVNQVE  
MEDITATIONVM ACADEMICARVM PRIMITIAS  
DEMISSISSIMO PROFVNDAE PIETATIS CVLTV OFFERT  
SEQVE SVAQVE OMNIA  
BENIGNISSIMO  
ILLVSTRIMOKVM DOMINORVM  
PATROCINIO  
ENIXISSIME COMMENDAT

CELSISSLIMIS MAGNORVM HEROVM  
DIGNITATIBVS

DEVOTVS CLIENS  
GODOFREDVS CHRISTOPHORVS STENDER.



## PRAEFATIO.

**Q**uid Ill. Praefidem permouerit, ut conspectum daret generum morborum; in praesenti dissertatiuncula, paucis paeloqui fas est. Intellexit nempe ille, quod, quamuis nostra aetate duo in primis per celebres in arte medica Viri, Ill. *de Sauuages & Perill.* Eques *de Linné*, maximam omnino operam, eamque summe laudabilem, in constituendis illis morborum generibus impenderint, nihilominus tamen multis adhuc defectibus vterque recensus, at pluribus tamen Linneanus, quam Sauuagesianus, laboret, ita sane, ut nulla classis ab his gra-

## PRAEFATIO.

vibus Viris constituta fuerit, quae non augeri pluribus generibus posset. Quapropter operae pretium ill. Praesidi visum est, hos qualescunque, neque leues sane defectus, resarcire & pleniores exhibere dictorum generum tabulam. Quantum vero ille hac in re perdifficili praestiterit, lectores facile ex comparatione Pathologiae methodicae & Nosologiae quoque ab Ill. *de Sauvages* nouissime conscriptae, aequa ac Ill. *de Linné* dissertationis, anno 1759. de generibus morborum editae, cum praesenti specimine instituenda, cognoscent.

Praeter haec vero systema nostrum morborum quasdam classes proprias sibi vindicat pariter atque ordines; & significatus verborum antiqui ubique ferre retinentur, quos Eques *de Linné* praeter rem saepe, temereque immutauit atque mutilauit: unde vero tantae turbae in re Pathologica, inque mentibus in primis tyronum excitantur, ut nec veteres, nec recentiores auctores ab his legi, aut intelligi, consulue queant.

Ceterum plura antiqua morborum & vitiorum nomina, haetenus plane inaudita, Ill. Praeses reuocauit, quorum specimina haec sunt: *Esoche*, *Exsoche*, *Pinnula*, *Ancynoglossum*, *Psoriasis*, *Sparganosis*, *Diachalasis*, *Eiloma*, *Cataclasis*, *Blestrismus*. Placuit tamen etiam Ill. Praesidi nonnunquam antiquos significatus mutare, & synonymis diuersas notiones adscribere, velut *Cancro* & *Carcinomati*.

Porro

## P R A E F A T I O.

Porro, vbi nomina generaliora imposita morbis inuenit, ea sedulo immutauit, vt omnis ambiguitas imposterum euitaretur. Cuiusmodi nomen v. c. est *Phlegmone*, qua etiam inflammatio oculi interna vulgo significatur: cui nouum nunc nomen *Ophthalmites* fuit datum. Subinde etiam necessarium ipsi visum est, noua nomina inuenire, si vel nouum nomen mereretur morbus specialis, ob singularem suam naturam, qua a genere multum differret, uti *angina* illa conuulsiva ab inflammatoria; quorum illam ideo quoque ab hac prorsus separans, *Angones* nomine appellauit; aut si nomen adhuc deficeret, vt pro inflammatione palpebrarum, quae vulgo sub *ophthalmiae* nomine comprehenditur, quae per se vero, oculo prorsus intacto, etiam subsistit; hinc singulari nomine, eoque nouo, *Blepharitis* insignita Aliud nouum nomen *Phrenismus* est, quo significatur *phrenitis*, quae propter encephali inflammationem fit. Quaedam nomina noua Sauvagesiana & Linneana, vt *Galactia*, *Menorrhagia*, *Enuresis*, *Raphania*, adoptauit, vt ne nempe praeter rem voces technicas multiplicaret. Alia vero nimis barbara reiecit, hisque meliora substituit, modo proprio marte efficta, modo ex antiquitate Graeca repetita, & iam dudum efformata. Noua etiam nomina Ill. Praeses excogitauit, vbi nulla prorsus apud Auctores inuenit: vt *Apogeusis* pro sapore deprauato, *Odontirrhoea* pro haemorrhagia ex alveolo euulsi dentis, *Puoturia* pro mictione purulenta, *Osteosis* pro ossescientia

## P R A E F A T I O.

centia partium mollium; vt multa alia taceam, ve-  
lut *Capistrum*, *Otopuosis*, *Diuresis*, *Glossocoma*, *Cyaf-  
ma*, *Seline*, *Dacryoma*, *Piptrychia* &c.

Denique & saepe nomina ex substantiuo &  
adiectiuo, aut duobus substantiuis composita, qua-  
lia nec *Sauuagesio*, nec *Linnéo* arrident, ab Ill. Prae-  
fide reiecta & immutata sunt, ita, vt v. c. *Catabasis*  
pro vuulae prolapsu, *Stymatosis* pro haemorrhagia  
penis, *Cardites* pro imflammatione cordis, & sic  
porro, ponerentur. Ceterum quid in definiendis  
accurate morbis praestiterit Ill. Praeses, lectors facile  
intelligent, ipsique grates ideo quam liberalissime  
decernent, eiusque *species morborum*, quas nunc mo-  
litur, aude expectabunt.

T A B V L A



Habent alii in sanguine undique exanimis  
venit ad corporis libetum cum operi leviter sinatur et leviter  
venibid obstat et libetum operi non leviter sinatur et leviter  
liberatur operi et leviter sinatur.

## TABVLA CLASSIVM MORBORVM.

- I. *Febris*, innati caloris augmentum praeter naturale, cum oris siccitate & grauitate corporis.
- II. *Profluvia*, humorum euacuatio, ab ordine, quantitate aut qualitate naturali abhorrens.
- III. *Epischeses*, excernendorum suppressiones.
- IV. *Dolores*, sensationes molestae, corporis & animi tranquilitatem turbantes.
- V. *Spasmi*, solidorum mobilium contractiones, vel agitationes.
- VI. *Adynamiae*, sensationum, motuum, naturaliumque functionum defectus, aut immunitationes.
- VII. *Hyperaesthesiae*, sensationes auctae, vel peruersae.
- VIII. *Cachexiae*, male colorata corporis constitutio, cum debilitate.
- IX. *Paranoiae*, mentis aberrationes.
- X. *Vitia*, mutationes in superficie corporis conspicuae.
- XI. *Deformitates*, aberrationes solidorum ab ordine, positura, habitu, figura, numero, aliisque qualitatibus.

A

I. FE-

CL. I. FEBRES.

I. FEBRES.

I. INTERMITTENTES.

**A**lesius ad summum 18 horas perdurat, dein aliquamdiu cefat, posteaque reuertitur praevio frigore.

*α) Simplices.*

- 1) *Quotidiana*, quolibet die aut nocte recurrit.
- 2) *Tertiana*, uno die vel nocte una inuadit, sequente intermitit, tertio repetit.
- 3) *Quartana*, uno die vel una nocte inuadit, deinde biduum intermitit, quarto iterum redit.
- 4) *Quintana*, si igitur quinto die redit.
- 5) *Sextana*, singulo sexto die repetit.
- 6) *Septana*, singulo septimo die reuertitur.
- 7) *Octana*, quolibet octavo die redit.
- 8) *Nonana*, quoquis nono die recurrit.
- 9) *Decimana*, quoquis decimo die recurrit.
- 10) *Vaga*, alio post decimum diem, sed haud fixo, reenrrit.
- 11) *Menstrua*, viris circa fluxum haemorrhoidalem vel etiam citra illum, foeminis circa catamenia accidit.

*β) Duplicatae.*

- 12) *Tertiana duplex*, quotidie accedit, interduin quoque bis uno die vacuo, accessionis vero tempora alternis diebus respondent.
- 13) *Quartana duplex*, inter quatuor dies tertium tantum a febre vacuum habet, & accessionis tempora alternatim praecedenti insultui respondent.

*γ) Triplicatae.*

- 14) *Quartana triplex*, quotidiana, paroxysmis quarto quoquis die conspirantibus.

II. CONTINVAE.

**N**ec interdiu, nec noctu internittunt, sed remissiones saltem inferunt cum exacerbationibus, quae vel quotidie, aut tertio die, aut quarto, alioue accedunt.

*I. Sim-*

## I. Simplices.

- 15) *Quotidiana continua*, quotidie cum frigore accedit, calor vero per totum reliquum tempus durat.
- 16) *Synochus*, facie rubra, cute humida, pulsu magno & frequenti, crisi perfecta terminatur intra 21 dies. Species eius *Ephemera* est.
- 17) *Amatoria*, febris paucarum horarum a magno frigore incipiens, ex vehementi concubitus expectatione.
- 18) *Phrenitis*, febris acuta, dolor capitis, delirium constans & vehemens.
- 19) *Epiala*, in qua frigoris sensus perpetuus cum rigore contingit.
- 20) *Causos*, febris ardentissima, tertio quoque die acerbior, cum immensa siti, & siccissima atque nigra lingua.
- 21) *Elodes*, febris cum profusissimo ac perpetuo sudore inde a primo die, & magno virium lapsu. *Typhodes* & *Sudor Anglicanus* eius species sunt.
- 22) *Lethargus*, febris in qua sopor & ab expergesfactione delirium, mox opprimente iterum sopore.
- 23) *Typhomania*, febris ex phrenitide & lethargo mixta.
- 24) *Leipyria*, febris in qua extrema algent, interna uruntur, pulsus parvus & obscurus.
- 25) *Phricodes*, febris cuius decursu crebri horrores rigoresue interpellant.
- 26) *Lyngodes*, febris in qua aeger a principio usque ad crism singultit.
- 27) *Affodes*, febris in qua aeger fere irrequetus est, & impudice molesteque habet, vel fastidio agitatur.
- 28) *Cholerica*, febris cum vomitu frequenti atque torminosa alvi deiectione.
- 29) *Syncopalis*, febris cui frequens lipothyenia se intermiscat.
- 30) *Hydrophobia*, febris cum auersatione liquidorum, singultu, conuulsione & delirio.
- 31) *Oscitans*, febris cum perpetua oscitatione.

- 32) *Ictericodes*, auriginosa febris, quæ cutem colore flavo inquinat, citra hepatis inflammationem.
- 33) *Pestilentialis*, febris pandemia, contagiosa, acutissima, in qua bubones aut certe carbunculi, aut vesiculae oriuntur cum leipyria, ingenti siti, spiritu, sudore & deiectionibus foetidis, delirio, nausea, vomitu, pulsusque parvo ac obscuro.
- 34) *Siriasis*, febris infantibus propria, in qua cutis sicca, pallida, inappetentia, oculi concani, fontanellae subsidentia.

**2. Compositae.**

**a) Exanthematicae.**

- 35) *Variolosa*, syncchos contagiosa, a vomitu, cephalalgia & lumbagine incipiens, in qua tertio die maculae erumpunt, sensim in pustulas purulentas, escharoticas, deciduas, abeuntes.
- 36) *Morbillosa*, synochos contagiosa, cum tussi sicca & madore oculorum, in qua maculae rubellae, latentes, paulum eleuatae erumpunt, quae deinceps in tenuissimas squamulas soluuntur.
- 37) *Miliaris*, phricodes, dolor rheumaticus in aliqua corporis parte, aut sensus punctorius in dorso, crure ac intestinis, aut stupor in digitis, pustulae pruriens milii seminis magnitudine, rubrae vel albae, sero primum limpido, deinceps subalbo perlarum colore non dissimili, plenae, facie intacta, sudor multus foetidus.
- 38) *Petechialis*, febris maligna, exanthemata morsibus pulicium fere similia, flauescentia, rubra, vel liuida.
- 39) *Scarlatina*, synochos, maculae coccineae crebriores ac latiores, quam morbilli, nodulis subflavis, ad instar capitis aciculorum, ornatae, fugaces, in squamulas dehiscentes.
- 40) *Urticata*, synochos quotidiana continua mitior, tuberculata puncturis urticarum similia, rubra, prominentia, fugacia.
- 41) *Bullosa*, maligna, vesiculae sero sublimpido repleteae, maginitu-

gnitudine nucis auellanae & maiores, in variis corporis partibus, facie non excepta, citra cutis inflammationem erumpentes.

42) *Varicella* \*), variolae spuriae; ephemera, pustulae variolis simillimae, prurientes, primo die erumpentes & suppurantes, tertio resiccatae, & in squamulas deciduae, toto morbo intra septem dies ad summum terminato.

43) *Pemphingodes*, febris, quae pustulas in ore, phlyctides dictas, generat.

44) *Aphthosa*, maligna cum ulcerulis in ore superficialibus, fungosis, mucosis, quas aphthas vocant.

*β) Inflammatoriae.*

45) *Phrenismus*, vera inflammatio cerebri aut membranarum eius; quam ex dolore capitis & vehementi delirio febrili vulgo definunt, quae signa vero admodum ambigua.

46) *Chemosis*, vehemens adnatae oculorum inflammatio, ut super corneam feratur, acerbus dolor, peruersio palpebrarum, cephalalgia, agrypnia.

47) *Ophthalmites*, inflammatio interiorum oculi membranarum, & praecipue choroideae; dolor in oculo fere intollerabilis cum febre, cephalalgia, agrypnia, delirio. Vulgo *phlegmone* dicitur.

48) *Otites*, inflammatio auris internae; dolor immanis in aure, febris, cephalalgia, agrypnia, delirium.

49) *Angina*, faicum inflammatio; febris continua, respirandi ac deglutiendi difficultas, praefocationis metus.

50) *Pleuritis*, pleurae inflammatio; febris continua, dolor in latere thoracis pungens, tussis sicca, dyspnoea.

51) *Peripneumonia*, pulmonum inflammatio; febris continua, dolor thoracis obtusus, grauatus, tussis humida aliquando cruenta, difficultas anhelitus angustiave.

\* Haec *Varicella* facilliime illudere Medicis sub specie variolae potest, nisi ad decursum accuratissime attendant; vnde deinceps vel ter laborare homines variolis existimantur.

- 52) *Mediastina*, mediastini inflammatio; febris continua, incendium in thorace, offendiculum quoddam ad sternum in inspiratione, respiratio frequens, tussis cum sputis coloratis, orthopnoea, an semper?
- 53) *Pericarditis*, pericardii inflammatio; omnia ut in mediaстina, urgente morbo syncope.
- 54) *Carditis*, cordis inflammatio; symptomata fere ut in peripneumonia, sed graviora, dolor vehemens in regione cordis, palpitatio, pulsus frequens ac inaequalis, hydrophobia; an semper?
- 55) *Paraphrenitis*, diaphragmatis inflammatio; febris continua, dyspnoea, dolor e regione ventriculi cinguli instar ventrem supra lumbos ambiens, delirium.
- 56) *Gastritis*, ventriculi inflammatio; febris, leipyria, dolor & ardor in epigastro, sitis, vomitus ingestorum, singultus.
- 57) *Enteritis*, intestini inflammatio; febris assedes, phricodes, cruciatus ventris intolerabilis, flatuum & stercoris retentio, aut dysenteria.
- 58) *Hepatitis*, iecinoris inflammatio; febris continua, hypochondrii dextri dolor tensius, tussis sicca, icterus, interdum vomitio bilis & per aluum deiectione.
- 59) *Splenitis*, lienis inflammatio; febris continua, hypochondrii sinistri distentio atque tumor, dolor pulsans, molestus dexter decubitus.
- 60) *Mesenteritis*, mesenterii inflammatio; febris varia occulta & lenta phricodes aut quotidiana continua, dolor colicae similis, egestiones chylosae & ichorosae, nullo doloris sensu defluentes.
- 61) *Omentitis*, omenti inflammatio; febris continua cum dolore & tumore in regione epigastrica & hypogastrica.
- 62) *Peritonitis*, peritonaei inflammatio; febris assidua, tumor ventris, & dolor punctorius.
- 63) *Myocoilitis*, muscularum abdominalium iuflammatio; symptomata ut in peritonite.

- 64) *Pancreatica*, pancreatis inflammatio. Notae deficiunt.  
 65) *Nephritis*, renis inflammatio; febris acuta, dolor ardens  
     in regione renis, vrina pauca, flammea, vel nulla, stupor  
     cruris vicini, dolor testis vicini, ructus, vomitio.  
 66) *Cystitis*, vesicae vrinariae inflammatio; febris leuior, hy-  
     pogastrii dolor ardens, pressorius, frequens meiendi si-  
     mulus, ischuria, tenesimus.  
 67) *Hysteritis*, vteri inflammatio; febris continua, delirium,  
     tumor hypogastrii inflammatorius, dolor in lumbis & in-  
     guine.  
 68) *Erysipelacea*, ephemera, erysipelatis expulsionem efficiens.  
 69) *Podagrlica*, continua, synochos, cum dolentissimo rubo-  
     re in pede.  
 70) *Panaritia*, continua, panaritii grauioris comes.  
 71) *Cyssotis*, ani inflammatio, dolor, tenesimus.

3. *Symptomaticae.*

- 72) *Apoplectica*, continua apoplexiae superueniens.  
 73) *Catarrhalis*, vespertina, catarrhis socia.  
 74) *Rheumatica*, quotidiana continua rheumatismo iuncta, mul-  
     tus sudor, interdum pustulae purulentae.  
 75) *Haemorrhoidalis*, ephemera, dolor spinae, haemorrhoi-  
     des, aut saltem varices dolentes circa quartum diem erum-  
     pentes, quo febris finitur.  
 76) *Lactea*, ephemera, aliquot diebus a partu incidens.  
 77) *Vulneraria*, grauiori vulneri superueniens.  
 78) *Suppuratoria*, partium internarum inflammationibus, dum  
     in suppurationes transeunt, superueniens, continua.  
 79) *Lenta*, febricula quotidiana in morbo longo.  
 80) *Hectica*, quotidiana continua vehementior in morbo lon-  
     go, cum sudore colliquatiuo & phthisi.

## II. PROFLVRIA.

1) *Haemorrhagiae.*

- 81) *Haemorrhagia*, sanguinis e vulnere profusio.

82)

- 82) *Epistaxis*, sanguinis e naribus profusio.  
 83) *Haemoptoe*, sanguinis ex ore & faucibus eruptio.  
 84) *Haemoptysis*, sanguinis e pulmonibus aut trachea reiectio per tussim.  
 85) *Stomacace*, gingivarum cruentatio.  
 86) *Odontorrhoea*, sanguinis ex alveolo dentis euulsi eruptio.  
 87) *Otorrhoea*, sanguinis ex aure effluxus.  
 88) *Ophthalmorrhagia*, sanguinis ex oculo eiusue cantho aut palpebris eruptio.  
 89) *Haematemesis*, vomitus cruentus; sanguinis e ventriculo per vomitum reiectio.  
 90) *Hepatirrhoea*, fluxus hepaticus; diarrhoea aquosa rubella instar loturae carnium recentium.  
 91) *Catarrhexis*, sanguinis puri ex aluo profusio.  
 92) *Haematuria*, mictio e renibus cruenta, quae sanguine vrinæ exquisite permixta perfunditur, vt ea quasi dilutus & tenuis sit sanguis.  
 93) *Cystirrhagia*, mictio cruenta e vesica dolorifica, qua sanguis vrinam non aequaliter perfundit ac in imo subsidens in grumos concrescit: eius quoque portio aut grumus interdum citra vrinam excidit. *Haemorrhoides vesicae* appellant.  
 94) *Stymatosis*, haemorrhagia penis sine vrina, nulloque voluntatis arbitrio.  
 95) *Haematopedesis*, sudor sanguineus; sanguinis tenuis e poris cutis eruptio.  
 96) *Menorrhagia*, sanguinis inordinata & larga ex vulva profusio.  
 97) *Abortio*, sanguinis ex utero grauido profluvium, cum foetu immaturo aut mola subsequente.

2) *Apocenoses.*

- 98) *Catarrhus*, tussis frequens, acris, cum raucitate.  
 99) *Epiphora*, lacrymae involuntarium profluvium.  
 100) *Coryza*, catarrhus narium cum seri tenuioris destillatione.  
 101) *Otopusis*, puris ex aure effluxus: catarrhus auris folidus.

- 102) *Otoplatus*, humiditatis olidae retro aurem excretio.  
 103) *Ptyalismus*, copiosa saliuæ profusio.  
 104) *Vomica*, subitanea, copiosa puris aut sanguinis nigri e pulmonibus reiectio per tussim.  
 105) *Diarrhoea*, copiosum sincerorum humorum ex aluo profluuum, sine vehementi sensu doloris.  
 106) *Puerrhœa*, puris sinceri ex aluo excretio.  
 107) *Dysenteria*, frequens, pauca, tormentosa ac tenesimodes alui deiectionis.  
 108) *Lienteria*, laeuitas intestinalium qua, quae per aluum descendunt, alimentis assumtis substantia & colore finitima.  
 109) *Celiaca*, laevium, aequalium & quasi chyli aut tremoris specie deiectionis.  
 110) *Cholera*, vomitus biliosi multi aluique deiectiones, cum periadynia.  
 111) *Pituitaria*, mera pituitae, loco steroris, excretio diuturna, cum contabescens.  
 112) *Leucorrhœa*, pituitae sincerae & cruentæ ex aluo excretio tenesimodes, periodica.  
 113) *Enuresis* s. incontinentia urinae; miectio urinae inuoluntaria constans, sine acrimoniae & doloris sensu.  
 114) *Diuresis*, immodica urinae prorsus aqueae excretio, in morbo spastico, periodica.  
 115) *Diabetes*, immodicum urinae profluuum diuturnum, sub quo corpus contabescit.  
 116) *Pueruria*, miectio purulenta.  
 117) *Chylaria*, urinae mucosae, albae, paucae, & quasi verminosae, excretio. *Glus Linn.*  
 118) *Gonorrhœa*, inuita seminis, liquoris prostatarum, ichoris, citra venerem, citra libidinis insomnia, citraque colis tentigineum, profusio.  
 119) *Leucorrhœa*, fluor albus; nimia muci aut ichoris ex vulva profusio.

- 120) *Exoncirosis*, pollutio; inioluntaria, at iucunda seminis ex rigido cole profusio.
- 121) *Hydropedesis*, sudor immodicus.
- 122) *Galactia*, lactis ex mammis stillicidium.
- 123) *Hypercatharsis*, immodica purgatio ex operatione violentioris medicamenti colliquantis, vrentis, stimulantis.
- 124) *Ecphyse*, flatuum ex urethra aut uteri vagina eruptio.
- 125) *Dysodia*, exhalatio foetida ex toto corpore aut eius parte.

### III. EPISCHESSES.

- 126) *Gravedo*, catarrhus narium impeditus cum carebaria, voce haud bene sonora, spiritu nonnihil diffici, qui nec nisi hiante ore duci potest.
- 127) *Flatulentia*, flatuum impedita supra infaque expulsio; cum intumescentia ventris.
- 128) *Obstipatio*, stercoris excretio impedita.
- 129) *Ischuria*, vrinae suppressio.
- 130) *Amenorrhoea*, menstrui sanguinis ex utero fluxus, ex toto vel ex parte cohibitus.
- 131) *Dyslochia*, lochiorum suppressio aut inminutio.
- 132) *Deuteria*, secundinarum retentio.
- 133) *Agalaxis*, lactis defecitus.

### IV. DOLORES.

- 134) *Anxietas*, molesta sensatio circa praecordia, quae praesentem rerum statum fastidit.
- 135) *Blestrismus*, incontinens corporis iactatio & inquietudo.
- 136) *Pruritus*, dolorifica voluptas in cute, hominem ad scalpendum excitans.
- 137) *Catapyxsis*, sensus frigoris dolorificus in parte musculosa aut cutanea.
- 138) *Rheumatismus*, cutis & muscularum dolor. *Lumbago*, *ischias*, *glossagra*, & *pleurodyne Sauvag.* sunt species.
- 139) *Arthritis*, articulorum dolor; cuius species *chiragra*, & *gonagra*.

- 140) *Cephalalgia*, capitis dolor breuis.  
 141) *Gephalaea*, capitis dolor longus.  
 142) *Clavus*, capitis dolor in vertice cum sensu frigoris.  
 143) *Hemicrania*, capitis dolor tensius alterutrum eius latus  
occupans.  
 144) *Carebaria*, molestia capitis velut grauitas quaedam.  
 145) *Odontalgia*, dolor dentium.  
 146) *Haemodia*, dentium stupor cum dolore.  
 147) *Odaxismus*, gingivarum dolor infantilis in dentitione.  
 148) *Otalgia*, dolor auris internae & externae.  
 149) *Acataposis*, deglutitio difficultis.  
 150) *Cionis*, dolorifica vuulae crassities.  
 151) *Himantosis*, eiusdem solito maior longitudo & gracilis.  
 152) *Cardiogmus*, anxietas cordis dolorifica, cum sensu pon-  
deris & pulsatione.  
 153) *Mastodynus*, mammarum dolor.  
 154) *Soda*, dolor vrens calidus e ventriculo in fauces assurgens.  
 155) *Periodynus*, ventriculi dolor.  
 156) *Pneumatosis*, dolorifica ventriculi a flatibus distentio.  
 157) *Cardialgia*, ventriculi dolor vehemens spasticus, cum nau-  
sea saepeque vomitu.  
 158) *Encaustis*, ardor in stomacho cum inextinguibili siti.  
 159) *Nausea*, inane vomendi desiderium.  
 160) *Colica*, dolor spasticus intestinorum cum obstruzione,  
nausea, & vomitu.  
 161) *Eilema*, dolor in intestino fixus velut clavi muro impacti.  
 162) *Ileus*, colica acuta cum vomitu demum exrementorum.  
 163) *Stranguria*, vrinae dense rubrae miccio parca, frequens,  
ardore in vrethra excepta.  
 164) *Dysuria*, vrinae sillicidum dolorificum citra ardorem  
in vrethra.  
 165) *Lithiasis*, difficultis miccio a calculo in organis vropoeticis,  
cum arenulis in vrina subsidentibus.

166)

- 166) *Tenesmus*, impetuosa, dolorifica desidendi cupiditas, qua nihil praeter pauca mucosa & cruenta egeritur.
- 167) *Clunesia*, dolor in podice. *Proctica Sauvages.* & Linn.
- 168) *Cedma*, dolor in partibus genitalibus. *Pudendagra Linn.*
- 169) *Hysteralgia*, dolor ventris parturientium similis.
- 170) *Dysmenorrhoea*, profluuium sanguinis uterini menstruum, dolorificum.
- 171) *Dystocia*, partus laboriosus, difficilis.
- 172) *Atocia*, partus difficillimus, qui sine arte prorsus absolvi non potest.
- 173) *Priapismus*, colis erectio dolorifica permanens, citra libidinis stimulum.
- 174) *Psoriasis*, durities scroti cum intensa prurigine, & interdum quoque exulceratione.
- 175) *Podagra*, dolor rheumatico - arthriticus in pede acutus.
- 176) *Osteocopus*, dolor in osse fixus.
- 177) *Psophos*, strepitus ossium.
- 178) *Volatica*, dolor per tractum maiorum cutis vasorum oberrans.
- 179) *Epiphlogisma*, ardor alicuius partis velut a pruna obortus. In aure dicitur *Pyrosis*.

## V. SPASMI.

- 180) *Tetanus*, totius corporis aut solius cervicis distentio rigida, dolorifica, acuta, qua flecti haud possit.
- 181) *Opisthotonus*, eadem distentio, sed qua corpus in posteriora curvatur.
- 182) *Episthotonus*, eadem, sed qua corpus in anteriora curvatur.
- 183) *Catochus*, tetanus cum priuatione sensuum.
- 184) *Tremor*, leuior totius corporis aut membra singularis concusso, sine frigoris sensu.
- 185) *Frigus*, cum extremae partes membrorum inalgescunt.
- 186) *Horror*, totius corporis algore cum tremore.

- 187) *Rigor*, idem at violentior cum trismo & sensu frigoris in interioribus partibus.
- 188) *Epilepsia*, agitatio conuulsua vniuersalis, chronica, periodica, cum oppressione sensoriorum, exituque spumae ex ore.
- 189) *Eclampsia*, epilepsia acuta.
- 190) *Hieranofos*, agitatio corporis vel artuum conuulsua, continua, chronica, cum integritate sensuum.
- 191) *Coniulsio*, agitatio corporis vel artuum violenta, periodica, cum integritate sensuum.
- 192) *Raphania Linn.*, coniulsio cum spastica articulorum contractione & dolore immanni, periodica.
- 193) *Chorea*, coniulsio saltatoria aut procursiua. *Tarantismus* est species.
- 194) *Crampus*, digitorum manuum pedumque, aut crurum extensio vel contractio violenta, dolorifica, breuis.
- 195) *Scelotyrbe*, immanis continuaque crurum contractio & obrigescentia.
- 196) *Angone*, faucium praefocatio acuta, sine inflammatione.  
*Angina conuulsua* & *Suffocatio hysterica* eius sunt species.
- 197) *Glossocele*, linguae violenta, acuta, extrusio.
- 198) *Glossocoma*, linguae violenta, acuta, reuulsio.
- 199) *Hippos*, oculorum constans agitatio: malum ab ortu contractum.
- 200) *Ilosis*, oculorum peruersio acuta.
- 201) *Cinclesis*, palpebrarum nictitatio perpetua.
- 202) *Cataclasis*, alterutrius oculi occlusio spastica, acuta.
- 203) *Cillosis*, cili superioris perpetuus tremor.
- 204) *Sternutatio*, membranae narium agitatio conuulsua, impetuosa aeris inspirationem, similemque mox expulsionem per nares cum strepitu inducens,
- 205) *Tussis*, conuulsua & sonora aëris e pulmonibus expulsio.
- 206) *Clamor*, vocis anxia exaltatio.
- 207) *Trismus*, stridor dentium inter se collisorum.

- 208) *Capitulum*, s. *spasmus maxillae inferioris*, immobilitas eius, qua os arcte clauditur.
- 209) *Sardiasis*, s. *spasmus cynicus*, spasmus muscularum faciei & oris, quo in obliquum torquentur.
- 210) *Gelasmus*, s. *Ritus sardonius*, inuoluntarius ritus, sub quo animus non gaudio, sed dolore atque iracundia plerumque effertur.
- 211) *Incubus*, suffocatio in insomnio terrifico, respirationem offendens, vocemque intercipiens.
- 212) *Singultus*, inspiratio conuulsiva subitanea velocissima, sonora, recurrens.
- 213) *Palpitatio*, cordis, visceris, musculi, tendini, arteriaeue, temporaria agitatio.
- 214) *Vomitus*, violenta contentorum in ventriculo per os reiectionis.
- 215) *Ructus*, violenta flatus ventricalo inclusi per os explosio.
- 216) *Ruminatio*, cum cibus e ventriculo in os vicissim masti-  
candus iterumque deglutiendus, citra voluntatem, impellitur.
- 217) *Oesophagismus*, s. *spasmus oesophagi*, ciborum deglutitorum in oesophago subsistentium remora dolorifica.
- 218) *Hypochondriasis*, anxietas praecordialis, cum spasmis ventriculi ac intestinorum, variisque congestionibus coniuncta, chronica.
- 219) *Hysteria*, eadem in mulieribus.
- 220) *Phlegosis*, s. *aestus volaticus*, subitus fugaxque aestus cum rubore faciei.
- 221) *Digitum*, primae phalangis digitorum inuita & constans incuruatio.

## VI. ADYNAZIAE.

- 222) *Lassitudo*, ingrata & grauatiua sensatio impotentiae ad motum.
- 223) *Asthaenia*, languor aut debilitas corporis.
- 224) *Torper*, sensus motusque imminutus in parte carnea.

- 225) *Adynamia*, impotentia, qua se aegri nullo modo mouere aut in lecto erigere possunt.
- 226) *Paralysis*, sensus motusue aut vtriusque defectus in singulari parte externa.
- 227) *Paraplegia*, omnium partium sub collo, aut saltem medii corporis artuumque inferiorum paralysis.
- 228) *Hemiplegia*, paralysis alterutrius lateris.
- 229) *Apoplexia*, subita functionum animalium cessatio, cum stertore & magno pulsu.
- 230) *Catalepsis*, s. *Catoche*, subita functionum animalium cessatio, in qua correptus vigilantis formam figuramque retinet, articulique eum situm, qui ipsis datur.
- 231) *Carus*, veterus sopor, liberam respirationem sine stertore conseruans, ex quo aegri vix excitantur.
- 232) *Coma*, s. *Cataphora*, sopor in quo aegri vellicati euigilant, & inox in ipsum relabuntur.
- 233) *Somnolentia*, inclinatio in somnum iusto major.
- 234) *Hypophasis*, albi oculorum inter dormiendum subapparitio.
- 235) *Ptosis*, impotentia attollendi palpebram superiorem.
- 236) *Amblyopia*, visus imbecillitas integro oculo.
- 237) *Mydriasis*, pupillae dilatatio, quae visioni nocet.
- 238) *Amaurosis*, coecitas sine sensibili oculorum labe, praeter mydriasis.
- 239) *Cataracta*, coecitas cum obscurata lente, retro pupillam conspicua.
- 240) *Synizesis*, coecitas cum pupillae coalitione.
- 241) *Glaucoma*, coecitas turbatis humoribus & oculo flaccido.
- 242) *Achlys*, corneae obscuritas, visum inminuens aut tollens,
- 243) *Nyctalopia*, visus noctu saltem contingens.
- 244) *Hemeralopia*, visus noctu abolitus.
- 245) *Hemalopia*, visus dimidiatus.
- 246) *Dyscoia*, imbecillitas auditus.
- 247) *Surditas*, auditus abolitus.

- 248) *Anosmia*, odoratus abolitus.  
 249) *Apogeusis*, gustus abolitus.  
 250) *Asaphia*, vocis obscuritas.  
 251) *Clangor*, vox acuta cum stridore.  
 252) *Raucitas*, vox aspera & obscura, quae vix nisi a prope adstantibus exaudiri potest.  
 253) *Aphonia*, vocis privatio.  
 254) *Leptophonia*, vitium vocis nimium gracilis.  
 255) *Oxyphonia*, vox acuta, qualis edi solet cum ciulatu & planctu.  
 256) *Rhenophonia*, vox nasalis, quae ex paribus haud simul editur.  
 257) *Mutitas*, loquelae privatio.  
 258) *Traulotis*, blaesitas, vitiosa litterarum s et r pronunciatio.  
 259) *Psellotis*, balbuties, cum inter pronunciandum aut littera aut syllaba aufertur & eliditur.  
 260) *Isthmophonias*, vitium pronunciationis, quo syllaba syllabae cito copulari non potest.  
 261) *Battarismus*, vitium pronunciationis, quo sermo praecipitatur, unaque syllaba aliquoties cum celeritate repetitur.  
 262) *Suspirium*, inspiratio lenta, profunda, gemebunda.  
 263) *Oscitatio*, inspiratio tarda, profunda, aperto ore.  
 264) *Pandiculatio*, oscitatio cum artuum extensione.  
 265) *Apnoea*, respiratio adeo rara & parva, ut plane spiritus periisse videatur.  
 266) *Macropnoea*, respiratio per longa interualla contingens.  
 267) *Dyspnoea*, respirandi difficultas continua, leuior.  
 268) *Asthma*, respiratio difficilis periodica, chronica, cum sensu angustiae in faucibus.  
 269) *Orthopnoea*, respiratio suffocatoria acuta, non nisi erecto ceruice peragenda.  
 270) *Pnigma*, *catarrhus suffocatiuus*, difficillima respiratio, cum subitanea sensuum motusque interceptione, stertore, pulsuque intermittente.

- 271) *Renchus*, s. *Stertor*, sonus ex naribus editus.  
 272) *Rhochmos*, s. *Ronchus*, sonus sterterosus intra fauces.  
 273) *Lipothymia*, subita sensus motusque interceptio, cum sudore frigido, tinnitu aurium, pulsu ac respiratione debili.  
 274) *Syncope*, eadem grauior, nullo pulsu, nulla respiratione perceptibili, abolitoque omni sensu, & extincto calore.  
 275) *Asphyxia*, abolitio pulsus.  
 276) *Apepsia*, concoctionis ciborum in ventriculo priuatio.  
 277) *Dyspepsia*, tarda difficultisque concoctio.  
 278) *Diaphthora*, ciborum corruptio in ventriculo.  
 279) *Anorexia*, inappetentia sine fastidio ciborum.  
 280) *Anatrope*, inappetentia nauseabunda.  
 281) *Adipsia*, sitis defectus.  
 282) *Acyisis*, sterilitas muliebris; conceptionis defectus.  
 283) *Agenesis*, rei venereae impotentia *in vivo*; libidinis defectus.  
 284) *Anodynbia*, doloris defectus.

## VII. HYPERAESTHISES.

- 285) *Antipathia*, certarum rerum visu, olfactu aut gustu percipiendarum, talis auersatio, ut ex earundem perceptione grauia symptomata inducantur.  
 286) *Agrypnia*, somni defectus.  
 287) *Phantasma*, perceptio corporum ante oculos obuersantium, quae non adsunt.  
 288) *Caligo*, qua subito visui omnia nigra se repraesentant.  
 289) *Haemalopia*, qua omnia rubra apparent.  
 290) *Marmaryge*, fulgor ante oculos corruscans.  
 291) *Dysopia*, visus duplicatus.  
 292) *Susurrus*, soni non existentis perceptio.  
 293) *Vertigo*, imaginatio, qua omnia homini cum semetipso circumagi videntur.  
 294) *Apogeusia*, sapor in ore deprauatus.  
 295) *Polydipsia*, continuum potus desiderium.

- 296) *Bulimus*, vehemens fames, cum lipothymia.  
 297) *Addephagia*, voracitas.  
 298) *Cynorexia*, fames canina; addephagia cum vomitu subsequente.  
 299) *Allotriophagia*, rerum non esculentarum deuoratio arbitaria.  
 300) *Malacia*, earundem anxia appetentia.  
 301) *Pica*, certi cibi assumendi, aut rei olfaciendae vehemens desiderium.  
 302) *Bombus*, murmur ex flatibus, quod auribus percipitur.  
 303) *Celsa*, sensus flatus, vaporis, aut formicarum oberrantium subter cute.

## VIII. CACHEXIAE.

- 304) *Cachexia*, corpus graue atque iners, colore pallido squallidum.  
 305) *Chlorosis*, cachexia in virginibus, colore ex pallido virescente.  
 306) *Icterus*, cachexia cum flavo cutis colore, vrina obscure rubra, tingente immissa linteamina colore croceo.  
 307) *Melanchlorus*, cachexia cum subnigro cutis colore, vrina de natu statu haud decedente.  
 308) *Atrophia*, extenuatio corporis, aut partis eius, sine febre lenta & hectica.  
 309) *Tabes*, extenuatio corporis cum febre lenta vel hectica, at fine dyspnoea & tussi.  
 310) *Pthysis*, extenuatio corporis cum febre hectica, dyspnoea, & tussi \*).  
 311) *Hydrothorax*, cachexia cum dyspnoea & effusione aquae intra pectus, strepitum concussione intus facientis.
- 312)

\* In *atrophia* sola pinguedo absimitur, nec aequa restituitur: in *tabe* & *pthysi* caro simul minuitur.

- 312) *Rachitis*, atrophia infantum cum epiphysium protuberantia.
- 313) *Anasarca*, totius corporis intumescentia, aquosa, mollis, digitii impressi vestigium aliquamdiu retinens, cum pallore cutis.
- 314) *Ascites*, tumor abdominalis, scroti, & crurum aquosus, cum atrophia superiorum partium. Abdomen impulsum sonum collectae permotaeque intus aquae praebet.
- 315) *Hydrocystis*, hydrops saccatus pleurae, peritonaei, aut visceris abdominalis.
- 316) *Tympanites*, tumor abdominalis renitens, pulsatione sonum edens, cum obstipatione & atrophia.
- 317) *Hysterophyse*, tumor hypogastri ab utero flatu distento.
- 318) *Scorbutus*, cachexia cum lassitudine, maculis artuum lividis, stomachace, ulceribus.
- 319) *Syphylis*, cachexia contagiosa ex contagio venereo, cum tumoribus ossium & ulceribus faucium partiumque obscoenarum, praegressis plerumque bubonibus aut gonorrhoea.
- 320) *Lepra Graecorum s. Psora*, pertinacissima scabies totius corporis vel partis, sicca, dura, aspera, serpentibus pustulis furfuracea.
- 321) *Elephantiasis, s. Lepra Arabum*, mutatio cutis in tumores liuidos, duros, faniem foetidam crustosam emanantes.
- 322) *Elephantia Arabum*, eadem duntaxat in pede valde tumido & duro.
- 323) *Plica s. Rhopalosis*, vitium capillorum capitis aut pubis, quo ab humore glutinoso ita in cirrhos contorquentur, ut explicari nullo modo possint.
- 324) *Pthiriasis*, morbus pedicularis, quo pediculi variis in corporis partibus copiose emergunt.
- 325) *Physconia*, intumescentia abdominalis longa, a magnitudine habituue visceris mutato.
- 326) *Paracytisis*, grauiditas a natura abhorrens retardatione aut alieno situ foetus extra uterum.

- 327) *Gangraena*, inflammatae partis liuor & mortificatio foetida, cum pustulis ichorosis; sensus doloris hebes.  
 328) *Sphacelus*, perfecta mortificatio, qua pars sensum, motum & innatum calorem tota amisit, fitque prorsus nigra, mollis, putris & cadaverosa.

### IX. PARANOIAE.

- 329) *Athymia*, animi abiectio, consternatio, tristitia, desperatio.  
 330) *Delirium*, *Paraphrosyne*, mentis alienatio in febre haud constans, nec furibunda. *Carpologia* eius est species.  
 331) *Mania*, insania longa, ridicula aut furibunda. *Furorem* veterinum & satyriasm pro speciebus habeo.  
 332) *Melancholia*, insania longa cum moestitia ac timore. *Nostalgia* eius species est.  
 333) *Ecstasis*, insania, quae breui tempore durat.  
 334) *Ecplesia*, excessus mentis, qui ex repentina aliqua perturbatione ab externa causa affertur.  
 335) *Enthusiasmus*, est veluti cum quidam in sacris faciendis mente capiuntur, si qua viderint audiuerintue.  
 336) *Stupiditas*, *Morosis*, *Fatuitas*, mentis imminuta & infirmata functio, ceu quaedam ignavia, citra delirium & soporem.  
 337) *Amentia*, *Anoia*, imaginationis vel mentis occasus atque priuatio, qua iam ab ipso ortu affecti vix mentis inopia loqui discunt.  
 338) *Oblivio*, memoriae priuatio.  
 339) *Somnium*, visum, quod in somno occurrit, tanquam verum sit existimatum. *Pauor* eius est species.  
 340) *Hypnobasis*, somnium in quo homo assurgit, ambulat & diuersa vigilantium opera exercet.

### X. VITIA.

## X. V I T I A.

1) *Inflammationes.*

- 341) *Ophthalmia*, inflammatio albi oculorum.  
 342) *Blepharitis*, inflammatio palpebrarum.  
 343) *Erysipelas*, inflammatio lata cutis, quae splendet & leviter ac aequaliter tunet.  
 344) *Hieropyr*, erysipelas cum eminentibus ardentibus pustulis.  
*Zoster* dicitur, si abdominis cutem occupat.  
 345) *Paronychia*, inflammatio dolorifica in summitate digitorum.  
 346) *Onychia*, inflammatio digitii lateralis ab vngue profundiis in cutem demerso.  
 347) *Encaustis*, inflammatio cutis ab ustione.  
 348) *Phimosis*, inflammatio aut oedematodes tumor praeputii,  
 quo glans nudari non potest.  
 349) *Paraphimosis*, inflammatio præputii, retro glandem adducti, ut eam tegere non possit.  
 350) *Pernio*, cutis rubor ardens, pruriens, a frigore, in exulcerationem tendens.

2) *Tumores.*

- 351) *Phlegmone*, tumor dolens renitens inflammatorius cum rubore, oui saltem gallinacei magnitudine.  
 352) *Furunculus*, tuberculum acutum apostematodes, ouum coquibinium magnitudine non excedens.  
 353) *Antrax*, quasi malignus furunculus, qui partem mox adurit, pustulas circum se ardentissimas ciet, tandem crusta nigra vel cinerea obducitur, & corruptae carnis lobum excutit, quo excidente vclus cauum sordidumque manet.  
 354) *Abscessus*, collectae in inflammato loco materiae in pus aut in alienam substantiam conuersio.  
 355) *Onyx*, abscessus inter corneae laminas.  
 356) *Hypopyon*, abscessus intra oculum.  
 357) *Phygethon*, phlegmone in glandulis emergens.

- 358) *Empyema*, abscessus in thorace, latus aut partem eius in tumorem attollens, cum febre hectica, praegressa pleuriti- de vel peripneumonia.
- 359) *Phyma*, tumor glandularum, simplici phlegmone atque phygethlo minor, planior minusque rubens ac dolens.
- 360) *Ecthymata*, tubercula ex cute subito erumpentia modo colore in cutis non excedentia, modo rubra, fugacissima.
- 361) *Vrticaria*, tubercula puncturis vrticarum similia, rubra, prurientia, fugacia; acuta.
- 362) *Parulis*, tuberculum dolens inflammatum in gingiis.
- 363) *Epulis*, tuberculum in gingivis sine inflammatione.
- 364) *Anchylops*, tumor durus inflammatorius apostematodes in cantho oculi interno.
- 365) *Paraglossa*, lingua tumida.
- 366) *Chilon*, labium tunidum & inflammatum.
- 367) *Serofula*, tumor glandularum colli & mesenterii indo- lens, obduratus.
- 368) *Bubon*, tumor glandulae inguinalis.
- 369) *Bronchocele*, tumor glandulae thyreoideae.
- 370) *Parotis*, tumor glandulae eiusdem nominis.
- 371) *Gongrona*, collum tumidum.
- 372) *Sparganosis*, tumor mammarum in lactantibus a lactis co- pia.
- 373) *Coilima*, intumescentia abdominis subita, flatulenta.
- 374) *Scirrhous*, tumor durus, indolens, concolor, renitens.
- 375) *Cancer*, tumor durus, dolore lancinante grauis, inaequa- lis, liuescens aut nigricans.
- 376) *Sarcoma*, carnis incrementum tuberculi tumoris specie.
- 377) *Polypus*, farcoma intra nares, praelongum, pluribus ap- pendicibus adhaerens.
- 378) *Condyloma*, tuberculum durum, pene indolens in ani- margini. Eius species *Ficus* & *Thymus* a figura ita dictae.
- 379) *Ganglion*, tumor durus, concolor, indolens tendini in- fidens.

- 380) *Ranula, Batrachus*, tumor ad frenulum linguae folliculosus, materiam spissam aut tofaceam complexus.
- 381) *Terminthus*, tuberculum rotundum, nigrum, praesertim in tibiis enascens, humorum glutinosum & subrubrum exulceratione emittens.
- 382) *Oedema*, tumor frigidus, laxus, mollis, indolens, circumscriptus aut diffusus, prepresso digito cedens.
- 383) *Encephalocele*, cerebrum per hiatum caluae extrorsum eminens.
- 384) *Hydrocephalum*, capitis monstruosus tumor a collecta aqua in cute aut subter caluaria.
- 385) *Hydrophtalmia*, totius oculi tumor cum aliquo dolore, adeo, ut is palpebris aperiri non possit.
- 386) *Spina bifida*, tumor aquosus exiguus, in nucha aut inferiore spinae loco, posterioribus vertebrarum dehiscentibus processibus emergens.
- 387) *Hydromphalus*, tumor vimbilici ab humore in eodem consistente.
- 388) *Hydrocele*, tumor tunicarum, quibus tessis comprehenduntur, aquosus.
- 389) *Hydrops Scroti*, tumor tunicae scroti cellulosae aquosus.
- 390) *Steatites*, abdominis intumescentia pinguedinosa, grauidatem mentiens.
- 391) *Pneumatosis*, totius corporis intumescentia a flatu.
- 392) *Emphysema*, tumor mollis, frigidus, in singulari parte ab aere cellulosum cutis habitum ingresso formatus.
- 393) *Hysteroptosis*, vteri vel vaginae procidentia, protuberantiam intra aut extra vaginam faciens.
- 394) *Cystoptosis*, membranae vesicae urinariae interioris protuberantia extra urethram.
- 395) *Archoptoma*, intestini recti procidentia.
- 396) *Bubonocele*, tumor in inguine ex annulo musculi obliqui ab ingresso intestino omentoue, vel utroque coniunctim.

- 397) *Oschocele*, idem in scroto tumor.  
 398) *Omphalocele*, idem ex umbilico.  
 399) *Merocele*, tumor ab intestino infra ligamentum Poupartii elapso.  
 400) *Enterocèle ovularis*, hernia intestinalis foraminis ovalis, in superiori & interna femoris parte prope perinaeum.  
 401) *Ischiatocele*, tumor ab intestino per hiatum intra ligamenta sacro-ischiatica elapso.  
 402) *Elytrocele*, hernia in vagina vteri eminens.  
 403) *Hypogastrocele*, hernia intestini ventralis.  
 404) *Cystocele*, prominentia vesicae per musculi obliqui annulum, sub qua vrina nonnisi presso exterius tumore redditur.  
 405) *Cyrtoma*, tumor particularis abdominis a flatibus.  
 406) *Hydrenterocele*, tumor ex hernioso & hydropico compositus.  
 407) *Varix*, tumor venae mollis, lindus aut niger.  
 408) *Aneuryisma*, tumor arteriae mollis & pulsans.  
 409) *Cirfocele*, tumor arteriarum venarumque spermaticarum inaequalis, renitens.  
 410) *Gastrocele*, hernia ventriculi; tumor inter cartilaginem xiphoiden & umbilicum inque ipso illo, post pastum auctus, dolore stomachi, vomitionibusque stipatus.  
 411) *Hepatocele*, hernia ab hepate facta ventralis, vel umbilicalis congenita.  
 412) *Splenocèle*, hernia a liene, ventralis aut inguinalis.  
 413) *Hysterocele*, hernia vteri ventralis vel inguinalis.  
 414) *Hygrocircfocele*, aquosus & varicosus tumor vasorum testis.  
 415) *Sarcocele*, testis sarcoma aut scirrhus.  
 416) *Phyocele*, tumor a flatu herniam mentiens.  
 417) *Exostosis*, tumor in osse circumscriptus.  
 418) *Hyperostosis*, tumor totius ossis.  
 419) *Paedarthrocace*, tumor ossis, dolore grauis, in exulcerationem tendens.

- 420) *Encystis*, tumor frigidus, iudolens, membrana inclusus & materiam spissam complexus. *Atheroma*, *Steatoma*, *Testudo*, *Talpa*, *Meliceris* eius species.
- 421) *Staphyloma*, protuberantia corneae obscuratae.
- 422) *Staphylosis*, procidentia vueae ex cornea disrupta.
- 423) *Fungus*, tumor ad articulum mollis, oedematodes.
- 424) *Tofus*, tuberculum ad articulum, tofaceam materiam complexum, in morbo articulari.
- 425) *Flemen*, tumor pedis circa talos.

3) *Extuberantiae. (\*)*

- 426) *Verruca*, tuberculum supra cutim durum, asperum, sessile vel pensile. Vnde species *Acrochordon*, *Acrothymium*, *Myrmecium*.
- 427) *Porrus*, verruca in obscenis mollis, madida, tactu dolens.
- 428) *Clavis*, tuberculum album, rotundum, callosum, in digitis plantisque pedum.
- 429) *Callus* s. *Tylloma* 1) obdurata summa cutis ex labore in palmis aut pedum plantis. 2) tunica pallida, dura, quae sine sensu est, in ulcere.
- 430) *Encaanthis*, intumescentia carunculae lacrymalis.
- 431) *Pladarotis*, tuberculum fungosum, moile in interiori palpebra.
- 432) *Pinnula*, excrescentia corneae tunicae inhaerescens.
- 433) *Pterygium*, excrescentia, membranulae forma, rubra, supra album oculi.
- 434) *Hordeolum*, *Crithe*, tuberculum calidum in abscessum fere definens, quod e palpebrae margine atque e cilio prorumpit.
- 435) *Grando*, tuberculum durum, palpebrae fere superiori innascens.

436)

\**) Extuberantiae supra cutim cminent; tumores intra aut subter eam existunt.*

- 436) *Varus, Ionthos*, tuberculum in facie durum, exiguum, rubrum, fere callosum, dispermum, multiplex.  
 437) *Gutta rosacea*, varus quasi confluens, cum rubidine aspera maculosa.  
 438) *Ephelis*, asperitas quaedam & durities mali coloris in facie.  
 439) *Esoche*, tuberculum intus in ano latens.  
 440) *Exoche*, idem foris eminens.

4) *Pustulae & Papulae.*

- 441) *Epinyctis*, pustula ardens alba, subrubra aut subliuida, sanie subcruenta repleta, ciceris aut fabae magnitudine, circa quam vehemens inflammatio & dolor.  
 442) *Phlyctaena*, pustula subflavo humore distenta, lucida, illi similis, quae ab ambustione erumpit, non manifesto dolens. In capite *Psydracium* vocatur.  
 443) *Herpes, Serpigo*, papula ardens, cutem serpentibus minimis pustulis erodens. *Purpura scorbutica*, quam vocant, verissima serpigo est.  
 444) *Scabies*, durities cutis rubicundior, ex qua pustulae oriuntur, quaedam humidiiores, quaedam sicciores, saniem rodentem, exulcerantem, crustas formantem, & contagiosam complexae.  
 445) *Aquula*, pustula palpebrarum, vel pinguis quaedam materia, cuti earundem substrata.  
 446) *Hydroa, Boa, Sudamina*, pustulae milii magnitudine, aquosae sine rubore & sine ullo dolore, ex sudoribus repente sparsim toto corpore cimergentes,  
 447) *Variola*, pustula purulenta ex macula rubra in synocho emergens, contagiosa.  
 448) *Varicella*, pustula similis acuta, ex macula rubra in ephemera erumpens, non contagiosa.  
 449) *Purpura*, pustula pruriens, feminis milii magnitudine, rubra vel alba, lucida, acuta.  
 450) *Encauma, Phlyzacion*, pustula ab uestione contracta.

5) *Maculae.*

5) *Maculae.*

- 451) *Eccymoma*, macula a sanguine per cutem quasi effuso livida vel nigra. Illa *Pelioma*, haec *Melasma* speciatim dicitur.
- 452) *Petechiae*, maculae pulicium morsui similes, magnitudine & colore, interdum tamen etiam liuidae, in febre acuta.
- 453) *Morbilli*, maculae acutae, rubellae, latescentes, & plerumque confluentes, inque squamas defluentes, in febre acuta.
- 454) *Scarlatae*, maculae latiores ac rubicundiores quam morbilli, subflavis nodulis ornatae, in febre acuta.
- 455) *Lentigo*, macula lentis magnitudine fusca, multiplex, in facie potissimum & in manibus emergens.
- 456) *Vrticaria*, maculae subtumidae, rubentes, pruriens, fugaces.
- 457) *Stigma*, macula coloris coccinei.
- 458) *Vibex*, linea coccinea, qualis relinquitur e flagellis.
- 459) *Vitiligo*, macula foeda, fere subaspera, dispersa, serpens, alba (*alphos*) aut nigra (*melas*).
- 460) *Leuce*, *alphos* in qua albi & lanugini similes pili.
- 461) *Cyasma*, macula fusca in fronte, labiis, aut manibus gravidarum.
- 462) *Lichen*, *Impetigo*, macula subrubra aspera, dura, sicca, cum inenti prurigine.
- 463) *Seline*, macula alba in ungue.
- 464) *Nebula*, macula alba in cornea.

6) *Dissolutiones.*a) *Apospasmata.*

- 465) *Vulnus*, solutio partis solidae, mollis a causa mechanica, cum effluxu sanguinis.
- 466) *Ruptura*, solutio partis solidae, mollis, internae, ab interna causa, cum haemorrhagia.

- 467) *Rhagæ*, solutio cutis linearis arida.  
 468) *Fractura*, dissolutio ossis transversa aut obliqua.  
 469) *Fissura*, eadem recta, & vt ligni in longitudinem.  
 470) *Plicatio*, ossium longorum concussio & contorsio citra fracturam.  
 471) *Tbrosis*, caluaria depressa citra fracturam.  
 472) *Luxatio*, dimotio ossis ex articulo suo perfecta.  
 473) *Subluxatio*, cum os ab osse paulum recedit, eaque inter se dehiscunt.  
 474) *Diachalasis*, suturae dimotio.  
 475) *Attritio*, *Ecthlimma*, dissolutio cuticulae & cutis a compressione.  
 476) *Porrigo*, *Pityriasis*, resolutio cutis in tenues squamulas, deciduas.  
 477) *Aposyrrma*, cutis abrasio, dilaceratio.  
 478) *Anapleusis*, ossis corrupti squamula.  
 479) *Spasma*, species solutionis continui tendinum, ligamento-  
rum, citra rupturam, membra mobilitatem dolorificam in-  
ducens.  
 480) *Contusio*, cutis musculorumque conquassatio dolorifica,  
plerumque cum ecchymomate, at citra vulnus aut substanc-  
iae manifestam deperditionem.  
 481) *Diabrosis*, erosio cutis a re acri & mordaci interna vel  
externa.  
 482) *Agomphiasis*, dentium vacillatio.  
 483) *Eschara*, cutis pars dehiscens a viua carne, & in crustam  
emortuam mutata.  
 484) *Piptonychia*, vnguis destructio & casus.  
 7) *Exulcerationes*.  
 485) *Cacoëthes*, vlcus fere magnum oris tumentibus atque cal-  
losis.  
 486) *Therioma*, vlcus, in quo caro computrescit, atque mollis  
& cadaverosa reddita teturum odorem exhalat.

- 487) *Carcinoma*, cancri conuersio in vlcus, quod nigrum est, putridum, deterimi odoris, & vehementer dolet.
- 488) *Pbagedaena*, vlcus serpens, sed solam cutem rodens ac depascens.
- 489) *Noma*, vlcus, quod non afflictam tantum partem, sed & vicinas exedit & absunt.
- 490) *Sycosis*, vlcus, in quo multa caro excrescit.
- 491) *Fistula*, vlcus altum, angustum, callosum.
- 492) *Sinus*, vlcus altum, quod ab angusto ore orsum intus curvatum ampliatur, sine callo.
- 493) *Caries*, ulcus in osse cum substantiae & periostei corruptione, qua os spongiosum & friabile redditur.
- 494) *Achores*, vlcuscula capitis manantia, plurimis ac minimis foraminulis, vnde tenuis & glutinosa fantes exit, cutem perforantia.
- 495) *Crusta lactea*, achores in facie.
- 496) *Fauus*, *Cerion*, vlcus multis foraminibus sed maioribus, ac in achore, perium, ex quibus melli similis humor exit, Frequentius in capite, rarius in partibus musculosis, articulis & plantis pedum oritur,
- 497) *Tinea*, vlcus capitis, quod densissimam, durissimam aridissimamque crustam facit, serpens, pilis abbreviatis.
- 498) *Argemon*, exulceratio in cornea.
- 499) *Aegilops*, anchilops in vlcus conuersum.
- 500) *Ozaena*, vlcus narium putridum, e quo graueolens inucus exstilla.
- 501) *Aphthae*, vlcera oris aut pudendorum superficiaria, mucosa.
- 502) *Intertrigo*, excoriatio cutis madens ac rubens, a sudoris vel vrinae acrimonia.
- 503) *Rhacosis*, excoriatio scroti laxati.
- 7) *Concretiones*.
- 504) *Ancyloblepharon*, palpebrarum inter se conglutinatio.

- 505) *Synizesis*, pupillae concretio.  
 506) *Dacryoma*, punctorum lacrymalium coalitus.  
 507) *Ancyloglossum*, linguae concretio cum partibus subiectis,  
     loquela, fuctum, deglutitionemque impediens.  
 508) *Ancylosis*, articulorum rigor, quo flexus eorundem aut  
     extensio prohibetur.  
 509) *Cicatrix*, callus a conglutinato vulnere vlcereue relictus.  
     *Leucoma* in cornea dicitur.  
 510) *Dactylion*, digitorum concretio.

## XI. DEFORMITATES.

- 511) *Phoxos*, cui caput acuminatum & fastigiatum.  
 512) *Gibber*, protuberantia spinae dorsalis, omoplatae, ossium  
     ve thoracis. Eius species *Cyphosis*, *Lordosis*, *Scoliosis*, &  
     *Seisis*.  
 513) *Caput obstopum*, incuruatio colli.  
 514) *Strabismus*, oculorum distortio & inaequalis motus.  
 515) *Myopiasis*, qua propinqua cernimus, remota vel parum,  
     vel nihil omnino.  
 516) *Lagophthalmus*, vitium superioris palpebrae, si illa parum  
     descendit, oculumque non claudit.  
 517) *Trichiasis*, obuersio ciliorum ad oculum.  
 518) *Ectropium*, vitium palpebrae inferioris, quo parum sur-  
     sum attollitur, sed hiat, aut extrorsum euersa est.  
 519) *Entropium*, palpebrae inferioris inuersio introrsum.  
 520) *Rhocas*, defectus carunculae lacrymalis, epiphoram fa-  
     ciens.  
 521) *Rhysemata*, rugae & fordes, quae in senili facie cernuntur.  
 522) *Lagocheilos*, *labium leporinum*, diuisum semel vel bis la-  
     biuum.  
 523) *Malacosteon*, ossium mollities.  
 524) *Hirsutes*, praeternaturalis pilorum in parte generatio.  
 525) *Canities*, capillorum color albus ante legitimam aetatem:

- 526) *Distrix*, exilitas pilorum, modum excedens.  
 527) *Xirasia*, lanuginosa pilorum superficies, quasi puluere  
       sint consperli.  
 528) *Phalacrotis*, pilorum casus, qui tabescentibus & ex mor-  
       bo grauiore conualecentibus euenit.  
 529) *Alopecia*, pilorum defluvium, aream relinquens. *Ophias-*  
       *sis* eius species, item *Caluities* & *Pelada*.  
 530) *Madarosis*, ciliorum defluvium.  
 531) *Ptilosis*, eadem cum duricie callosa palpebrarum.  
 532) *Rodatio*, ciliorum decurtatio.  
 533) *Phalangosis*, ciliorum duplex vel triplex acies.  
 534) *Coloboma*, defectus particulae in parte aliqua corporis.  
 535) *Cercosis*, clitoris praelonga.  
 536) *Cholosis*, claudicatio, quando crus vel longius vel bre-  
       vius fit.  
 537) *Gryposis*, vnguum aduncatio.  
 538) *Naeuus*, tuberculum, maculae congenita.  
 539) *Monstroitas*, deformitas multiplex congenita.  
 540) *Polysarcia*, corpulentia excedens.  
 541) *Ischnotis*, excessiva corporis gracilis.  
 542) *Rhiconosis*, cutis corrugatio cum extentiatione corporis.  
 543) *Varus*, cui crura introrsum versa.  
 544) *Valgus*, cui crura extorsum distorta.  
 545) *Leiopodes*, *Plancus*, *Plautus*, cui pedum medium ab in-  
       teriori parte non est cauum, sed planum.  
 546) *Apella*, cui praeputium citra inflammationem ita contra-  
       ctum est, ut glandem non tegat.  
 547) *Hypospadiaeos*, cui glans non antice, sed inferne sub fre-  
       nulo perforata.  
 548) *Vrorhoeas*, cui vrina ex vrethra in perinaeo exesa effluit.  
 549) *Atreta*, cuius anus aut naturalia occlusa.  
 550) *Saniodes*, cui thorax tabulae ritu est angustus.  
 551) *Crisporchis*, cuius vnus testis aut ambo absconditi.

- 552) *Hermaphroditus*, cui vitiosa naturalium conformatio, ita,  
vt vtriusque sexus aedes videantur.
- 553) *Dionysiscus*, cui prope tempora duae eminentiae ossae,  
quasi cornua, nascuntur.
- 554) *Artetiscus*, qui membra alicuius defectum patitur.
- 555) *Nefrendis*, qui dentibus caret.
- 556) *Spanopogon*, qui raram habet barbam, & cui e mento  
pili excidunt.
- 557) *Hyperartetiscus*, cui membrum aliquod superfluum.
- 558) *Galiancon*, cui brachium altero brevius.
- 559) *Galbulus*, cui flauedo corporis congenita.
- 560) *Mola*, massa carne, fibrosa, vasculosa, ex utero ex-  
creta. Ovum deforme.

\* \* \*

Nec silentio prorsus transeunda sunt vitia quaedam occulta, quae non nisi in cadaverum sectione se offerunt, velut hydrops pericardii, concretiones viscerum, ossescientiae cartilaginum, membranarum, muscularumque, varices venarum maiorum, hydatides, polypi cordis & vasorum, positura viscerum peruersa, bullae aëreæ in venis & pulmonum superficie, aneurysmata aortae, angustiae praeter naturales vasorum & ductuum, ipsorumque concretiones.

T A N T V M.







